Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26003
Copyright: Admont, Benediktinerstift

nunc morte superata sedens ad dexteram patris. credentibus in se potestatem peccata dimittere.
Bene autem hic euangelista cui propositum est testimonia congerere diuinitatis xpi. dicendum hoc
non omittendum putauit. presertim cum tanti sint splendoris. ut ab hoc effectu. id est ab eo
quod tollit peccata mundi maxime comprehendat id quod supra dictum est plenum gratiae fuisse. Sequitur.
Hic est de quo dixi. Qui post me uenturus est. ante me factus est. quia prior me erat. Ne si di 55
cat. He alium suscipiatis in nomine xpi tanquam ipse sit xpus. neque seducamini quando di
cent uobis. ecce hic xpus. aut ecce illic. quia hic et non alius. Hic inquam est xpus de quo dicebam uobis.
hic est qui uenit benedictus in nomine domini. alius cum uenerit in nomine suo. uidete ne
illum suscipiatis. Hic ipse ut putatur filius ioseph xpus est. tempore certo et prefinitis diebus natus in
bethlehem. ex semine dauid. scilicet quando ablato sceptro de iuda et duce de femore eius. ali
enigena herodes in regno dauid principabatur. Et ego nesciebam eum. sed ut manifestaretur 55
in israhel. propterea uenit ego in aqua baptizans.
Nequeo satis admirari rerum omnium artifice. omnem habentem uirtutem. omnia prospicientem
diuinam sapientiam. quam sumus in negotiis non dedignata communem habere scilicet eloquentiam.
sic utitur illa ueluti ancilla. sic secum illam abducit. ut magnitudine sua totam opiat. adeo
ut non indiligentissimus internosci queat gannulae huius pedisseque presentia. Ecce enim dum sapi
entes in natura ipsae comprehendere gestit. eudentissime sylogismum fecit. Sup nam quod phunc
IOHANNES baptista fidem suae uoluntatis interpretem proposuerat. putidem de absente xpo di
cens. quia prior me erat. et de plenitudine eius nos omnes accepimus. et gratiam pro gratia. et cetera. Con
cessit auditor omnis populus. immo et libenter accepit xpum magnum fore regem. magnum
et inclitum ducem. habiturum coronam regni in capite suo. et dominaturum a mari usque ad ma
re. et a flumine usque ad terminos orbis terrarum. Hec enim una erat omnium sententia de xo.
et sic prophete indicauerant de illo. Tanto quippe attenti audiebant. et tanto pelium testificant
IOHANNI concesserant. quanto carnalibus subditi affectibus uoluptates corporis et omnium
rerum affluentiam et pomp carnalem sclm xpo regnante sibi non defuturum sperabant. Igitur cum stan
te ap auditores tanti preconis propositione. uenente tandem ihm inter alios homines ad IOHEM
assumit spe ses posset dicens. Ecce agnus dei. qui tollit peccata mundi. hic est de quo dixi. et cetera.
Ad hec auditor quisque nullatenus conquesset. immo quantus potest argumentis depugnando contradicere.
Ihs enim homo galileus erat. inter eos ut ceteri hominum hactenus ambulauerat tamquam in patria sua.
Sed profecto uerum illud est. quia nemo propheta acceptus est in patria sua. Oportet quippe ut hic qui assumpsit
confligat in eadem assumptione sua. quod et fecit. ualidis utens testimoniis. et adulterum
concludens sic. Et ego uidi. et testimonium phibui quia hic est filius dei.
1 Igitur cum duxisset. ecce agnus dei. et cetera. primum ad confirmationem sui sermonis et confutationem
aduersariorum sumptum de celo testimonium infert cum dicit. Quia uidi spm di descendentem sicut
columbam. et manentem in eo. Et ut purum esse ostendat. testimonium suum ab omni humano fa